



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi

Galliffet, Joseph de

Romae, M.DCCXXVI.

Monitio ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45817)

(i)

DE VITA
VEN. MAT. MARGARITÆ
MARIÆ ALACQUE

Ordinis a Visitatione B. V. Mariæ nuncupati,

Fundatore S. Francisco Salesio.

AD LECTOREM
MONITIO.

UT omnibus constare possit, ea quæ hîc de vita Ven. Matris Margaritæ Mariæ Alacque at-
teximus, ipsius Margaritæ genuinum esse opus, de
cujus veritate nemini vel minimum suboriri dubium
possit, operæ pretium duximus, testimonium authen-
ticum Sanctimonialium Monasterii Parodiensis a Vi-
sitatione B. M. V. prætermittere.

Illæ itaque dum ad nos Exemplum, manu unius
ex ipsis, ex autographo descriptum transmiserunt,
hujus Exempli veritatem ac sinceritatem in hunc mo-
dum testantur, adjectis ut fit subscriptionibus, appo-
sitoque Monasterii sigillo.

Nos infra-scriptæ Superior, & Officiales Monaste-
rii Parodiensis a Visitatione B. V. M. in comitatu Ca-
roloensi, totius Communitatis nostræ nomine, cer-
tum facimus & attestamus, scripturam istam, verum

Z * ac

(ij)

ac sincerum esse exemplum, Vitæ Sororis nostræ Margaritæ Mariæ Alacoque, ipsiusmet manu conscriptæ, cujus authographum in Monasterio nostro asservamus, ex quo Exemplum istud exscripsimus. In cujus rei fidem omnes subscripsimus die 20. Augusti 1724.

Soror Anna Elizabeth de la Garde Marzac, Superior.

Soror Anna Alexia de Mareschalle, Assistent.

Soror Maria Catharina du Chailloux, Consiliaria.

Soror Joan. Fran. Chalon, Consiliaria.

Soror Maria Helena Coing. Consiliaria.

✠ *Locus Sigilli.*

Ipsa vero Superior in litteris separatis ad nos eodem tempore Missis, hæc adjungit: En vitam Sororis nostræ Margaritæ, fideliter ex autographo quod penes nos est, descriptam. Quod autographum jam munitum & insignitum est subscriptione, ac nota propria commissarii deputati ab Illustriss. DD. De Dromenil, tunc Augustodunensi, nunc Verdunensi Episcopo; necnon ab Illustriss. Episcopo Sueffionensi, tunc Vicario Generali, hujusque Monasterii Superiore. Qui ipse Vicarius Generalis acta præparatoria, ad informationem juridicam de vita, moribus, & miraculis istius Dei famulæ requisita, instruxerat. Hæc, vitæ suæ acta, pluries, jubentibus ipsius animæ rectoribus, conscripserat. Verum, illis Parodio abeuntibus, quæ scripserat, flammis absolvebat. Istud vero Exemplum quod superest, ideo conservatum habemus, quia iussa est, ne consumeret. Sed finitum

tum non est, quia priusquam finiretur, abscessit animæ Rector a quo pendeat. Tunc vero illa scribere cessavit, opusque imperfectum, quale habemus, reliquit.

Hæc de Exempli ad nos transmissi veritate.

Jam quod attinet ad translationis fidelitatem, ea approbatoribus hujus opusculi examinanda tradita est. Nosque cum omni fiducia & asseveratione attestamus, ad versionis sinceritatem & accuratorem nihil prorsus desiderari posse.

Accipe nunc insigne omnique fide ac reverentia dignissimum testimonium Illustrissimi Episcopi Sueffionensis (celebris illius in Gallia fidei ac Ecclesiæ defensoris) de ejusdem ven. Mat. Margaritæ vitæ Sanctimonia, in Epistola sequenti contentum: ex qua etiam intelliges, quid doctissimus ac sapientissimus Præsul de cultus sanctissimi Cordis Jesu præstantia sentiat.

E P I S T O L A

Illustrissimi ac Reverendissimi Episcopi Sueffionensis ad Authorem hujusce libelli scripta, de vitæ Sanctimonia venerab. Mat. Margaritæ Mariæ Alacoque, Ordinis Visit. B. V. Mariæ.

JE benis Dieu, mon **D**eu Opt. Max. laudo, Reverende Pater, que vous employez vôtre *quod in urbe christiani orbis Capite dum hodie commoraris, operam tuam* sejour dans la Capitale du monde chrétien à y faire